


his mal CAP U T XLII. Agnoscat Iob se insipienter locutum, & a Domino praefertur amicis, ac pro illis orat: duplicia recipiens eorum quae amiserat, tandemque plenus dierum in pace quievit.

- 1. Respondens autem Iob Domino, dixit:
- 2. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.
- 3. Quis est iste, qui celat consilium absque scientia? ideo insipienter locutus sum, & quae ultra modum excederent scientiam meam.
- 4. Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi.
- 5. Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te.
- 6. Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla & cinere.
- 7. Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Iob.
- 8. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad servum meum Iob, & offerite holocaustum pro vobis: Iob autem servus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam ut non vobis imputetur stultitia: neque enim locuti estis ad me recta, sicut servus meus Iob.
- 9. Abierunt ergo Eliphaz Themanites,

& Baldad Subites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciem Iob.

- 10. Dominus quoque conversus est ad poenitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quaecumque fuerant Iob, duplicia.
- 11. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & universae sorores suae, & cuncti qui noverant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius: & moverunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum: Et dederunt ei unusquisque ovem unam, & in aurem auream unam.
- 12. Dominus autem benedixit novissimis Iob magis quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium, & sex millia camelorum, & mille iuga bouum, & mille asinae.
- 13. Et fuerunt ei septem filij, & tres filiae.
- 14. Et vocavit nomen unius Diem, & nomen secundae Cassiam, & nomen tertiae Cornustibij.
- 15. Non sunt autem inventae mulieres speciosae sicut filiae Iob in universa terra: deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum.
- 16. Vixit autem Iob post haec, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum.



LIBER PSALMORUM.

PSALMORUM liber unicus est apud Latinos, sed in quinque partes dissectus apud Hebraeos, quarum unaquaeque hac clausula terminatur: fiat, fiat. Hi Davidis dicuntur, non quod is omnium sit auctor, sed quod multos veterum collegerit, plurimos ipse addiderit. Quamquam aliqui quoque posterioris aetatis sint, ab ipso Esdrae, aliisque Prophetis additi. Latina autem editio, quam habentis usurpat sancta Romana Ecclesia, non est versio sancti Hieronymi, sed alia translata ab antiquo interprete, ex Graeco Septuaginta Seniorum editionis sancti Luciani martyris (qua xxi sive communis dicebatur) ab ipsomet Hieronymo correcti & emendata.

ARGUMENTUM.

Pios & probos beatos, impios contra, & peccatores esse miseros.

PSALMUS I.

1. **B**eatu vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit.

- 2. * Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.
- 3. * Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: Et folium eius non defluet: & omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.
- 4. Non sic impij, non sic: sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.
- 5. Ideo non resurgent impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum.
- 6. Quoniam novit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

ARGUMENTUM.

Frustra homines, praesertim reges & principes, sese Christi regno opponere. Nam eum esse universorum regem a Deo Patre constitutum, cui sit parendam, si salvi esse velimus.

PSALMUS II.

- 1. **Q**uare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?
- 2. Astiterunt reges terrae, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum eius.
- 3. Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus a nobis iugum ipsorum.
- 4. Qui habitat in caelis iridebit eos: & Dominus subsannabit eos.
- 5. Tunc loquetur ad eos in ira sua, &

- in furore suo conturbabit eos.
- 6. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praecipuum eius.
- 7. * Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te.
- 8. Postula a me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae.
- 9. * Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos.
- 10. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
- 11. Servite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.
- 12. Apprehendite disciplinam nequamde irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.
- 13. Cum exarserit in brevi ira eius, beati omnes, qui confidunt in eo.

ARGUMENTUM.

Deum, ut se ab exercitu hostili defendat, uti facere consuevit, precatur. Congruit Christo.

- 1. Psalmus David, Cum fugeretur a facie Absalom filij sui. (2. Reg. 15. 14.) III.
- 2. **D**omine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.
- 3. Multi dicunt animae meae: Non est salus ipsi in Deo eius.
- 4. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.
- 5. Voce mea ad Dominum clamavi: & exaudivit me de monte sancto suo.
- 6. Ego dormivi, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dominus suscepit me.
- 7. Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, salvum me fac Deus meus.
- 8. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.
- 9. Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

ARGUMENTUM.

Hortatur cum hostes suos, tum socios & alios omnes, ut Deum colant, cuius bonis multiplicatur: a Deo autem sibi opem petit. Congruit Christo & Ecclesia.

1. In finem in carminibus, Psalmus David. IV.

2. **C**um invocarem exaudivit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

3. Miserere mei, & exaudi orationem meam. 3. Filij hominum usquequò gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

4. Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

* *Ephes. 4. 26.* 5. * Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

6. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiã in corde meo.

8. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.

9. In pace in idipsum dormiam, & requiescam;

10. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

ARGUMENTUM.

Deum orat ut malignos malis, innocentes bonis officiat.

1. In finem pro ea, quæ hereditatem consequitur, Psalmus David. V.

2. **V**erba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.

3. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.

4. Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam.

5. Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

6. Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

7. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

8. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus:

8. Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9. Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

10. Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

11. * Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.

12. Et latentur omnes, qui sperant in te, in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum,

13. quoniam tu benedixisti iusto. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

ARGUMENTUM.

Deum orat, ut se a morbo, & a peccato sanet: exauditus autem, inimicis insultat.

1. In finem in carminibus, Psalmus David, pro octava. VI.

2. **D**omine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripis me.

3. Miserere mei Domine quoniam infirmus sum: sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

4. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequò?

5. Convertere Domine, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam,

6. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

7. Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

8. Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

9. * Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

10. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit.

11. Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubescant valde velociter.

AR-

ARGUMENTUM.

Pro se contra Sautem orat; ut ipse ob suam innocentiam servetur, ille verò ob pertinaciam penas luat.

1. Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filij Iemini. (2. Reg. 16.) VII.

2. **D**omine Deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

3. Nequam rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

4. Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:

5. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.

6. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terram meam, & gloriam meam in pulverem deducat.

7. Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti:

8. & synagoga populorum circumdabit te.

9. Propter hanc in altum regrederet: Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundùm iustitiam meam, & secundùm innocentiam meam super me.

10. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, * scrutans corda & renes Deus.

11. Iustum in adiutorium meum a Domino, qui salvos facit rectos corde.

12. Deus iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascitur per singulos dies?

13. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & paravit illum.

14. Et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

15. * Ecce parturit iniustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

16. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam, quam fecit.

17. Convertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

18. Confitebor Domino secundùm iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

ARGUMENTUM.

Dei magnitudinem prædicat a miris eius operibus, præsertim hominis atque aded Christi exaltatione. Psalmus est Propheticus.

1. In finem pro torcularibus, Psalmus David. VIII.

2. **D**omine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, super cælos.

3. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

4. Quoniam video cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.

5. Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

6. * Minusti eum paulominus ab angelis, gloriã & honore coronasti eum:

7. & constituisti eum super opera manuum tuarum.

8. * Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boves universas: insuper & pecora campi.

9. Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

10. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!

ARGUMENTUM.

Gratias agit Deo, quòd se, & alios afflictos ab hostium iniuria tueatur; orat ut id perpetuò faciat impios evertens, & piis inopes defendens. Quare hic Psalmus in duos apud Hebræos secatur.

1. In finem pro occultis filij, Psalmus David. IX.

2. **C**onfitebor tibi Domine in toto corde meo: narabo omnia mirabilia tua.

3. Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.

4. In convertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, & peribunt a facie tua.

5. Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

6. Increpasti Gentes, & perit impius.

Xx 2 no-

nomen eorum delesti in æternum & in sæculum sæculi.

7. Inimici defecerunt framæ in finem: & civitates eorum destruxisti.

Periit memoria eorum cum sonitu:

8. & Dominus in æternum permanet. Paravit in iudicio thronum suum:

9. & ipse iudicavit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

10. Et factus est Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

11. Et sperent in te qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

12. Psallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter Gentes studia eius:

13. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.

14. Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

15. Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiarum Sion.

16. Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt Gentes in interitu, quem fecerunt.

In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

17. Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

18. Convertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliviscuntur Deum.

19. Quoniam non in finem oblivio erit pauperi: patientia pauperum non peribit in finem.

20. Exurge Domine, non confortetur homo, iudicentur Gentes in conspectu tuo:

21. Constitue Domine legislatorem super eos: ut sciant gentes quoniam homines sunt.

Psalmus X. secundum Hebræos.

1. **U**T quid Domine recessisti longè, despicias in opportunitatibus, in tribulatione?

2. Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

3. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & iniquus benedicitur.

4. Exacerbavit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

5. Non est Deus in conspectu eius: inquitatæ sunt viæ illius in omni tempore.

Auferunt iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.

6. Dixit enim in corde suo: Non movebor a generatione in generationem, si nescio malo.

7. * Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor.

8. Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.

9. Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

10. In laqueo suo humiliabit eum, inclinavit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.

11. Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.

12. Exurge Domine Deus, exaltet manus tua: ne obliviscaris pauperum.

13. Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde suo: Non requiret.

14. Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras: ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper: orphano fueris adiutor.

15. Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non invenietur.

16. Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi: peribitis Gentes de terra illius.

17. Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.

18. Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultrâ magnificare se homo super terram.

ARGUMENTUM.

Se, suisque similes, quod Deo fident, in tuto esse: impios autem & peccatores, male perituros.

1. In finem, Psalmus David. X.

2. In Domino confido: quomodo dicis anima meæ: Transmigra in montem sicut passer?

3. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in phæretta, ut sagittent in obscuro rectos corde.

4. Quo-

5. Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?

6. * Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius:

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

7. Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

8. Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

9. Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

10. Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?

11. * Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius:

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

12. Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

13. Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

14. Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

ARGUMENTUM.

Petit ut servetur, quod impiorum regnum omnia occupet. Idem precatur piis ceteris, Dei promissum urgens.

1. In finem pro octava, Psalmus David. XI.

2. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam dimittatæ sunt veritates a filiis hominum.

3. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.

4. Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam.

5. Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est?

6. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.

7. * Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum.

8. Tu Domine servabis nos: & custodies nos a generatione hac in æternum.

9. In circuitu impij ambulat: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

ARGUMENTUM.

A Deo petit, ut se ab inimico defendat, ut a morte liberatus, eius beneficentiam cantet.

1. In finem, Psalmus David. XII.

1. **U**Squequo Domine oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

2. Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

3. Usquequò exaltabitur inimicus meus super me?

4. respice, & exaudi me Domine Deus meus.

5. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte:

6. ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

7. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero:

8. ego autem in misericordia tua speravi.

9. Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

ARGUMENTUM.

Quòd impiorum plena sunt omnia: optat Christi adventum, velut bonis salutem allaturum.

1. In finem, Psalmus David. XIII.

1. **D**ixit insipiens in corde suo: * Non est Deus.

2. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

3. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.

4. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

5. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.

6. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

7. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

8. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam sicut escam panis?

9. Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

10. Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.

11. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

12. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

13. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

14. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

15. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

16. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

17. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

18. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

19. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

20. Quis dabit ex Sion salutem Israël? cum averterit Dominus oblivisceris me in finem? Usquequò avertis faciem tuam a me?

ARGUMENTUM.

Pueros & innocuos terrâ sanctâ, vel potiùs celo & eternâ quiete posituros.

1. Psalmus David. XIV.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

2. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam:

3. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

4. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat:

Qui iurat proximo suo, & non decipit,

5. qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit:

Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

ARGUMENTUM.

Christus Deum Patrem orat, ut se piorum studiosum, & impiorum osorem conservet. Gratias deinde agit quod ab eo sit e mortuis excitandus & perpetuâ felicitate donandus.

1. Tituli inscriptio ipsi David. XV.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te.

2. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

3. Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificavit omnes voluntates meas in eis.

4. Multiplicatae sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

5. Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

6. Funes ceciderunt mihi in præclaris etenim hereditas mea præclara est mihi.

7. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & usque ad noctem increperunt me renes mei.

* *Ab. 2. 25.* 8. * Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

9. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

10. * Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. * *Ab. 2. 31.* & 13. 35.

11. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

ARGUMENTUM.

Obsecrat ne persecutionibus obruatur: Inimicos quidem in hac vita fortunari, sed verò gloriam eternam expectare.

1. Oratio David. XVI.

Exaudi Domine iustitiam meam: intendente deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

2. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

3. Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.

4. Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras.

5. Perfice gressus meos in semitis tuis: ut non moveantur vestigia mea.

6. Ego clamavi, quoniam exaudivisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

7. Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te.

8. A resistentibus dextera tuae custodi me, ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me.

9. a facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circumdederunt,

10. adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

11. Projicientes me nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

12. Suseperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in adultis.

13. Exurge Domine, præveni eum, & supplantata eum: eripe animam meam ab impio.

14. ab inimicis manus tuæ.

Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filii: & dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

15. Ego autem in iustitia apparebo

cons-

conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

ARGUMENTUM.

Gratias agit, quod ex maxima rerum desperatione, quam poeticè describit, victoriam & regnum sit consecutus. Multa hic soli Christo conveniunt.

1. In finem puero Domini David, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit: (2. Reg. 22. 2.)

XVII.

2. **D**iligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

3. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.

Protektor meus, & cornu salutis meae, & susceptor meus.

4. Laudans invocabo Dominum: & ab inimicis meis salvus ero.

5. Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

6. Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis.

7. In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi: Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius, introivit in aures eius.

8. Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.

9. Ascendit fumus in ira eius: & ignis a facie eius exarsit: carbones succensii sunt ab eo.

10. Inclinauit celos, & descendit: & caligo sub pedibus aëris.

11. Et ascendit super cherubim, & volavit: volavit super pennas venturum.

12. Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris.

13. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grandis & carbonis ignis.

14. Et intonuit de caelo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grandis & carbonis ignis.

15. Et misit sagittas suas, & dissipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.

16. Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata sunt fundamenta orbis terrarum: Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

17. Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.

18. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.

19. Prævenit me in die afflictionis meae: & factus est Dominus protektor meus.

20. Et eduxit me in latitudinem: salvum me fecit, quoniam voluit me.

21. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

22. Quia custodivi vias Domini, nec impiè gessi a Deo meo.

23. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repulsi a me.

24. Et ero immaculatus cum eo: & observabo me ab iniquitate mea.

25. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

26. Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:

27. Et cum electo electus eris: & cum perverso perverseris.

28. Quoniam tu populum humilem salvum facies: & oculos superborum humiliabis.

29. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.

30. Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.

31. Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protektor est omnium sperantium in se.

32. Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?

33. Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

34. * Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, & super excelsa statuens me.

35. * Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti, ut arcum areum, brachia mea.

36. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

37. Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea:

* 2. Reg. 22.

34.

* 2. Reg. 22.

35.

38. Per-

38. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non convertar donec deficiant.

39. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

40. Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me.

41. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti.

42. Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret, ad Dominum: nec exaudivit eos.

43. Et comminasti super eos, ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.

44. Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium.

45. Populus, quem non cognovi, servivit mihi: in auditu auris obedivit mihi.

46. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis.

47. Vivit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.

48. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me; liberator meus de inimicis meis iracundis.

*2. Reg. 22. 49. * Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

*2. Reg. 22. 50. * Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam.

Rom. 15. 9. 51. Magnificans salutem regis eius, & faciens misericordiam christo suo David, & semini eius usque in sæculum.

ARGUMENTUM.

Deum, cum ex caelestium verum officio, tum e divina lege cognosci: cognitum precatur, ut sibi omnia per errorem vel conscientiam commissa remittat.

1. In finem, Psalmus David. XVIII.
2. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum.

3. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.

4. Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

* Rom. 10. 18. * In omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

* Luc. 24. 46. * In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: & exultavit ut gigas ad currendam viam,

Exultavit ut gigas ad currendam viam,

7. a summo cælo egressio eius: Et occursum eius usque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.

8. Lex Domini immaculata convertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

9. Iustitiæ Domini rectæ, & iustificantes corda: præceptum Domini lucidum; illuminans oculos.

10. Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

11. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & favum.

12. Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

13. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me:

14. & ab alienis parce servo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.

15. Et erunt ut placeant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

ARGUMENTUM.

Oratio pro Rege ad bellum proficiscente, ut Deum habeat propitium.

1. In finem, Psalmus David. XIX.

2. Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

3. Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.

4. Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.

5. Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

6. Lætabor in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabor.

7. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

8. Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus salus dextera eius.

9. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

10. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.

11. Domine, salvum fac regem: & exaudi nos in die, quâ invocaverimus te.

AR-

ARGUMENTUM.

Gratias agit quod Christum regem multâ gloriâ affecterit, eiusque hostes sit tandem perditurus.

1. In finem, Psalmus David. XX.
2. Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

3. Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate laborum eius non fraudasti eum.

4. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

5. Vitam petisti a te: & tribuisti ei longitudo dierum in sæculum, & in sæculum sæculi.

6. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum.

7. Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

8. Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia Altissimi non commovebitur.

9. Inveniat manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

10. Pones eos ut clipeum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

11. Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum.

12. Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia, que non potuerunt stabilire.

13. Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

14. Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

ARGUMENTUM.

Christus Patrem in cruce obsecrat, enumeratis sue persequutionis appendicibus, ut sibi adsit. Sese in vitam revocatum, eius laudes toto mundo propagaturum. Congruit morbo desperatis.

1. In finem pro susceptione matutinâ, Psalmus David. XXI.

2. Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longè a salute mea verba delictorum meorum.

3. Deus meus clamabo per diem, &

* Matth. 27. 46. Marc. 15. 34. non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

4. Tu autem in sancto habitas, Laus Israël.

5. In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberasti eos.

6. Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt in te speraverunt, & non sunt confusi.

7. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

8. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & moverunt caput.

9. Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.

10. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meæ.

11. In te proiectus sum ex utero: de ventre matris meæ Deus meus es tu.

12. ne discesseris a me: Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adjuvet.

13. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

14. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.

15. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa meæ.

16. Factum est cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei.

17. Aruit tanquam testa virtus meæ, & lingua meæ adhesit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxisti me.

18. Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

19. Foderunt manus meæ & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa meæ.

20. Ipsi verò consideraverunt & inspexerunt me:

21. dividerunt sibi vestimenta meæ, & super vestem meam miserunt sortem.

22. Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.

23. Erue a framea Deus animam meam: & de manu canis uncam meam.

24. Salva me ex ore leonis: & a cornibus unicornium humilitatem meam.

25. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.

26. Qui timetis Dominum laudate eum: universum semen Iacob glorificate eum:

27. Timeat eum omne semen Israël: quoniam non sprevit, neque desepit deprecationem pauperis:

28. Nec avergit faciem suam a me: & cum clamarem ad eum exaudivit me.

26. Apud

26. Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
 27. Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirit eum: vivent corda eorum in saeculum saeculi.
 28. Reminiscentur & convertentur ad Dominum universi fines terrae:
 Et adorabunt in conspectu eius universae familiae Gentium.
 29. Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur Gentium.
 30. Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terrae: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
 31. Et anima mea illi vivet: & semen meum serviet ipsi.
 32. Annunciabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt caeli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

ARGUMENTUM.

Celebrat beneficia a Domino accepta. Se per eum tutum fuisse & semper fore.

1. Psalmus David. XXII.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit:

* Isai. 40.
 11.
 Ier. 23. 4.
 Ezech. 34.
 11. & 23.
 1. Petr. 2.
 25. & 5. 3.

2. * In loco pascuae ibi me collocauit. Super aquam refectiois educavit me:
 3. animam meam convertit.
 Deduxit me super semitas iustitiae, propter nomen suum.

4. Nam, & si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

5. Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam praclarus est!

6. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitae meae:
 Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

ARGUMENTUM.

Deum toti terra imperare: eius autem caelestem montem innocentes ingressuros, si qui- dem Christus triumphans portas aperuerit.

1. Prima sabbati, Psalmus David. XXIII.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Psalm. 49.
 12.
 1. Cor. 10.
 26.

2. Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina praeparavit eum.

3. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

4. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo.

5. Hic accipiet benedictionem a Domino: & misericordiam a Deo salutari suo.

6. Haec est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem Dei Iacob.

7. Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: & introibit rex gloriae.

8. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis & potens: Dominus potens in praelio.

9. Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: & introibit rex gloriae.

10. Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

ARGUMENTUM.

Rogat, ut ex inimicis liberetur, peccatis absolutus, periculis tum ipse, tum populus eripiator.

1. In finem, Psalmus David. XXIV.

Ad te Domine levavi animam meam:

2. Deus meus in te confido, non erubescam.

3. Neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

4. Confundantur omnes iniqui agentes supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

5. Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus salvator meus, & te sustinui tota die.

6. Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt.

7. Delicta iuventutis meae, & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.

8. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in viam.

9. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

10. Universae viae Domini, misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius.

11. Pro-

11. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.

12. Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit.

13. Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.

14. Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius ut manifestetur illis.

15. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

16. Respice in me, & miserere mei: quia unicus & pauper sum ego.

17. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis erue me.

18. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte universa delicta mea.

19. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

20. Custodi animam meam, & erue me: non erubescam quoniam speravi in te.

21. Innocentes & recti adhererunt mihi: quia sustinui te.

22. Libera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

ARGUMENTUM.

Petit, ne se innocentem in improborum numero habeat.

1. In finem, Psalmus David. XXV.

Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.

2. Proba me Domine, & tenta me: ure renes meos & cor meum.

3. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.

4. Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

5. Odivi ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo.

6. Lavabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.

7. Ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua.

8. Domine dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae.

9. Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam:

10. In quorum manibus iniquitates sunt:

11. Pro-

11. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

12. Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine.

ARGUMENTUM.

Se esse tutum adversus omnem vim, modo in Dei domo, id est, Ecclesia permaneat, & a Deo contra adversariorum injurias defendatur.

1. Psalmus David priusquam liniretur.

XXVI.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?

2. Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo?

3. Dum appropiavit super me nocentes, ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

4. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.

5. Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo.

6. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae:

Ut videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.

7. Quoniam abscondit in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

8. In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

9. Circuivi, & immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

10. Exaudi Domine vocem meam, quam clamavi ad te: miserere mei, & exaudi me.

11. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

12. Ne avertas faciem tuam a me: ne declines in ira a servo tuo.

13. Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

14. Quoniam pater meus: & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.

15. Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

16. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

17. Cre-

13. Credo videre bona Domini in terra viventium.

14. Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Domini.

ARGUMENTUM.

Christus a Deo Patre poscit, ne se in inferis retineat, peccatorum loco habens, sed illis puniatis, se, & Dei populum perpetuo servet. Mysterium resurrectionis sue indicat.

Psalmus ipsi David. XXVII.

1. **A**d te Domine clamabo, Deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum.

2. Exaudi Domine vocem deprecationis meae: dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

3. Ne simul trahas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

4. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam ad inventionem ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

5. Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos, & non edificabis eos.

6. Benedictus Dominus: quoniam exaudivit vocem deprecationis meae:

7. Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipso speravi cor meum, & adiutus sum.

Et resoruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

8. Dominus fortitudo plebis suae: & protector salvationum christi sui est.

9. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuae: & regere eos, & extolle illos usque in aeternum.

ARGUMENTUM.

Pios ad Deum gloria afficiendum hortatur, qui tam terrificâ voce, sive tonitru suam potentiam ostendat. Verbo Dei competit.

Psalmus David,

1. In consummatione tabernaculi.

XXVIII.

Afferre Domino filij Dei: afferre Domino filios arietum:

2. Afferre Domino gloriam & honorem, afferre Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

3. Vox Domini super aquas: Deus maestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

4. Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.

5. Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani:

6. Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicornium.

7. Vox Domini interceditis flammam ignis:

8. Vox Domini concutientis desertum: & commovebit Dominus desertum Cades.

9. Vox Domini preparans cervos: & revelabit condensas: & in templo eius omnes dicent gloriam.

10. Dominus diluvium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in aeternum.

11. Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

ARGUMENTUM.

Gratias agit, quod ex periculis ereptus & exauditus sit. Congruit Christo.

Psalmus Cantici.

1. In dedicatione domus David. XXIX.

Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

2. Domine Deus meus clamavi ad te, & sanasti me.

3. Domine eduxisti ab inferno animam meam: salvasti me a descendentibus in lacum.

4. Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriae sanctitatis eius.

5. Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Ad vesperum demorabitur fetus: & ad matutinum letitia.

7. Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in aeternum.

8. Domine in voluntate tua, praestitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.

9. Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.

10. Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?

11. Audivit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.

12. Con-

12. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circumdediti me laetitia:

13. Ut caneret tibi gloria mea: & non compungar: Domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.

ARGUMENTUM.

Precem instituit contra pericula & hostium studia, tum divinam in pios providentiam extollit, illos ad eum diligendum invitans, qui pro suis operibus quemque remuneraret. Christo congruit.

1. In finem, Psalmus David, pro extasi. XXX.

In te Domine speravi non confundar in aeternum: in iustitia tua libera me.

2. Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me.

3. Esto mihi in Deum protectorem: & in domum refugij, ut salvum me facias.

4. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

5. Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

6. * In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

7. Odisti observantes vanitates, supervacuè.

Ego autem in Domino speravi:

8. exultabo, & letabor in misericordia tua.

9. Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam.

10. Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

11. Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:

12. Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.

13. Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

14. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium: & vicinis meis valde: & timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt a me: 13. oblivioni datus sum, tamquam mortuus a corde.

Factus sum tamquam vas perditum:

14. quoniam audivi vituperationem

multorum commorantium in circuitu:

In eo dum conveniret simul adversum me, accipere animam meam consilij sunt.

15. Ego autem in te speravi Domine: dixi: Deus meus es tu:

16. in manibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & a persequentibus meis.

17. Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua:

18. Domine non confundar, quoniam invocavi te.

19. Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.

20. Quae loquuntur adversus iustum iniquitatem, in superbia, & in abusione.

21. Abscondes eos in abscondito faciei tuae Domine, quam abscondisti timentibus te.

22. Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.

23. Abscondes eos in abscondito faciei tuae a conturbatione hominum.

24. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.

25. Benedictus Dominus: quoniam misericordiam suam mihi in civitate munita.

26. Ego autem dixi in excessu mentis meae: Proiectus sum a facie oculorum tuorum.

27. Ideo exaudisti vocem orationis meae, dum clamarem ad te.

28. Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

29. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

31. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

32. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

33. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

34. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

35. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

36. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

37. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

38. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

39. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

40. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

Yy

3. Quo-

Rom. 4. 7.

3. Quoniam tacui; inveteraverunt ossa mea, dum clamarem totâ die.

4. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

5. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

* Isai. 65. 24. * Dixi: Confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

6. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore oportuno.

Veruntamen in diluvis aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

7. Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus meis.

8. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, quæ gradieris: firmabo super te oculos meos.

9. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

In campo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

10. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

11. Lætaminus in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

ARGUMENTUM.

Iustus invitatur ad celebrandum Deum ex ipsius physico officio, erga homines benignitate & providentiâ.

Psalmus David. XXXII.

1. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.

2. Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

3. Cantate ei canticum novum: bene psallite ei in vociferatione.

4. Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.

5. Diligit misericordiam & iudicium: misericordiâ Domini plena est terra.

6. Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

7. Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

8. Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

* Indith. 16. 17. * Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.

10. Dominus dissipat consilia gentium:

reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.

11. Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

12. Beata gens, cuius est Dominus: Deus eius: populus, quem elegit in hereditatem sibi.

13. De cælo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.

14. De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.

15. Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

16. Non salvatur rex per multam virtutem: & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

17. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

18. Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius.

19. Ut eruat a morte animas eorum: & alat eos in fame.

20. Anima nostra sustinet Dominum: quoniam adiutor & protector noster est.

21. Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto eius speravimus.

22. Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum speravimus in te.

ARGUMENTUM.

Se & alios ahortatur ad Deum piè colendum, quòd suos ab omnibus malis defendat, impios perdat.

1. Davidi, cum immutavit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eum & abiit. (1. Reg. 21.) XXXIII.

2. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

3. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.

4. Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

5. Exquisivi Dominum, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

6. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrae non confundentur.

7. Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: & de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.

8. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

9. Gu-

9. Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.

10. Timeate Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.

* Luc. 1. 53.

11. * Divites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non inveniuntur omni bono.

12. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.

* 1. Petr. 3. 10.

13. * Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

14. Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum.

* Psal. 3. 15.

15. Divertere a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

* Eccli. 15. 20.

16. Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.

Hebr. 4. 13.

17. Vultus autem Domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.

18. Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Act. 7. 34.

19. Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit.

20. Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.

21. Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.

22. Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.

23. Redimet Dominus animas servorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

ARGUMENTUM.

Christus hostibus, non suis propriè, sed Dei, excidium, sibi salutem precatur. Psalmus est propheticus. Ioan. 15. Congruit piis.

1. Ipsi David. XXXIV.

1. Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.

2. Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

3. Effunde frameam, & conlude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.

* Infr. 39. 15.

4. * Confundantur & reverentur, querentes animam meam.

5. Avertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

6. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: & angelus Domini coarctans eos.

7. Fiat via illorum tenebræ: & lubricus

cum: & angelus Domini persequens eos.

8. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacuè improbraverunt animam meam.

9. Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quæ abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.

10. Anima autem mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo.

11. Omnia ossa meâ dicent: Domine, quis similis tibi?

12. Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem a diripientibus eum.

13. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.

14. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.

15. Ego autem cum mihi molesti essent, induabar cilicio.

16. Humiliabam in seipso animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur.

17. Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

18. Et adversum me lætati sunt, & convenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignoravi.

19. Dissipati sunt, nec compuncti, tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.

20. Domine quando respicies? restitue animam meam: a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.

21. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gravi laudabo te.

22. Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi iniquè: * qui oderunt me gratis: & annunt oculis.

23. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

24. Et dilataverunt super me os suum: dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.

25. Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas a me.

26. Exurge & intende iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meam.

27. Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi.

28. Non dicant in cordibus suis: Euge, euge, animæ nostræ: nec dicant: Devoravimus eum.

29. Erubescant & reverentur simul, qui gratulantur malis meis.

30. Quia iudicatus est Dominus super nos: & Dominus super nos in die illorum.

31. Quia iudicatus est Dominus super nos: & Dominus super nos in die illorum.

32. Quia iudicatus est Dominus super nos: & Dominus super nos in die illorum.

33. Quia iudicatus est Dominus super nos: & Dominus super nos in die illorum.

34. Quia iudicatus est Dominus super nos: & Dominus super nos in die illorum.

35. Quia iudicatus est Dominus super nos: & Dominus super nos in die illorum.

Yy 2

In-

Induantur confusione & reverentia qui magna loquuntur super me.

27. Exultent & letentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi eius.

28. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

ARGUMENTUM.

Malitia impiorum opponit bonitatem & beneficentiam Dei.

1. In finem, servo Domini ipsi David.

2. Dixit iniustus ut delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.

3. Quoniam dolose egit in conspectu eius: ut inveniatur iniquitas eius ad odium.

4. Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere ut bene ageret.

5. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni via non bona, malitiam autem non odit.

6. Domine in celo misericordia tua: & veritas tua usque ad nubes.

7. Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.

8. Domine, & iumenta salvabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.

9. Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

10. Inebriabuntur ab ubertate domus tue: & torrente voluptatis tue potabis eos.

11. Quoniam apud te est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen.

12. Pretende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his, qui recto sunt corde.

13. Non veniat mihi pes superbie: & manus peccatoris non moveat me.

14. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

ARGUMENTUM.

Non esse a pietate discedendum, quod impij floream. Nam & impios plagas, & pios premia accepturos.

1. Psalmus ipsi David. XXXVI.

2. Oli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem.

3. Quoniam tamquam fœnum velociter

arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.

4. Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in divitiis eius.

5. Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

6. Revela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.

7. Et educet quasi lumen iustitiam tuam: & iudicium tuum tamquam meridiem.

8. subditus esto Domino, & ora eum.

9. Noli aemulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.

10. Desine ab ira, & derelinque furor: noli aemulari ut maligneris.

11. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram.

12. Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non invenies.

13. Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

14. Observabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.

15. Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod veniet dies eius.

16. Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum,

Ut dejiciant pauperem & inopem: ut trucident rectos corde.

17. Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

18. Melius est modicum iusto, super divitiis peccatorum multas.

19. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.

20. Novit Dominus dies immaculatum: & hereditas eorum in aeternum erit.

21. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur:

quia peccatores peribunt.

Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficientes, quemadmodum fumus deficient.

22. Mutuabitur peccator, & non solvet: iustus autem miseretur & tribuet.

23. Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

24. Apud Dominum gressus hominis dirigentur: & viam eius volet.

25. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

26. Iunior fui, etenim senti: & non vi-

vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.

26. Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit.

27. Declina a malo, & fac bonum: & inhabita in sæculum sæculi.

28. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in aeternum conservabuntur.

Iniusti punientur: & semen impiorum peribit.

29. Iusti autem hereditabunt terram: & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.

30. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

31. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

32. Considerat peccator iustum: & querit mortificare eum.

33. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

34. Expecta Dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te ut hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.

35. Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani.

36. Et transivi, & ecce non erat: & quasiivi eum, & non est inventus locus eius.

37. Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquæ homini pacifico.

38. Iniusti autem disperibunt simul: reliquæ impiorum interibunt.

39. Salus autem iustorum a Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

40. Et adiuvabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & salvabit eos: quia speraverunt in eo.

ARGUMENTUM.

Deum observat, ut se graviter egrotum ob peccata, ab amicis neglectum, ab inimicis exagitatum invenit, sanæque. Multa conveniunt Christo.

1. Psalmus David, in rememorationem de sabbato. XXXVII.

2. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

3. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

4. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

5. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

6. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ.

7. Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

8. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

9. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

10. Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus.

11. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

12. Amici mei, & proximi mei adversum me appropinnaverunt, & steterunt. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt:

13. & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

14. Ego autem tamquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperieus os suum.

15. Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

16. Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.

17. Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

18. Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

19. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

20. Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

22. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me.

23. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.